

TEXTOS LATINOS Y NOTAS

Para esta selección los criterios han sido, en parte, negativos: *i)* evitar aquellos, muy numerosos, donde Servet acumula citas bíblicas, expresas y/o implícitas, y referencias a los Padres de la Iglesia, dado que el estilo y la gramática se resienten un poco; *ii)* evitar, asimismo, los fragmentos especialmente abstrusos, dado que, si bien el estilo es servetiano y muy representativo, la dificultad del contenido –detectable incluso para los intérpretes más especializados– complicaría innecesariamente el trabajo del alumnado; *iii)* evitar, finalmente, los textos que incluyen términos griegos o hebreos; *iv)* seleccionar, en fin, aquellos que permitan a las alumnas y alumnos acercarse al latín renacentista de la mano de un escritor, joven, y ciertamente, excepcional, y apreciar las peculiaridades de su estilo, y, también, lógicamente, atisbar las cuestiones que interesaban al aragonés universal.

TEXTO 1

Sic explicabo ut etiam mulierculae, lippi et tonsores Iesum illum hominem Christum esse verum Dei Filium, luce clarius intellegant, et in hoc sit radix totius intentionis nostrae et perpetuum fundamentum Christianae pietatis ac religionis. Christus enim se etiam mulieribus verum Messiam et Dei Filium praedicabat. Hoc idem Apostoli omnibus gentibus simpliciter annuntiarunt. Haec erat una illorum intentio, Iesum illum crucificatum, Dei Filium Christum persuadere. Sed quomodo muliercula filium methaphysicum seu sypostaticum intelliget ubi quamplurimi etiam subtilissimi heresiarchae lapsi sunt, et adhuc hodie labuntur? Agamus igitur scripturis et apertissima illarum testimonia proferamus. (*Declarationis*, en *Obras Completas II-2*, p. 559)

TEXTO 2

Circa vero hunc articulum de Iesu Christo visibili et passibili Dei Filio qui est vere fidei et religionis funamentum non tantopere institissem neque in re tam clara et aperta tot autoritatibus, rationibus, argumentis et exemplis laborassem, sed quia quorundam mentes adeo corruptas video ut etiam ad radios solis caligent et veritatem neque audire neque intelligere velint. Quoniam dammantio iusta esta atque utinam soli ipsi delirarent nec alios secum in praecipitium traherent, sua perversa dogmata et inventiones pro Christi evangelio obtrudentes. Et hoc est mirabile in oculis nostris quoniam graecanica illa philosophia statim a tempore apostolorum tantum invaluerit et ita nostrorum theologorum mentes fascinaverit ut coeleste penitus fundamentum evangelicae veritatis, quod est Iesus Christus Dei Filius crucifixus ad nescio quas hypostases et deorum multitudinem sine scriptura diverterint quae nunquam ab ullo intellegi vel explicari potuerunt. Quid aliud sonat universa scriptura? Quid aliud prophetae et apostoli annuntiarum? Quae est alia vita aeterna quam cum Paulo vase electionis credere unum solum Dei aeterni invisibilem qui est Pater ille a quo omnia et unum Dei Filium Dominum Iesum Christum crucifixum per quem omnia? (*Declarationis*, en *Obras Completas II-2*, p. 575)

TEXTO 3

Haec est vera, pura, simplex et sincera doctrina christiana. Haec est mera sacrosancti evangelii praedicatio in tota scriptura tam antiqua quam nova clarissime explicata. Nec aliam fiden vel doctrinam annuntiarunt prophetae, praedicarunt apostoli, et martires sanguine confirmarunt. Tum autem, pie et fidelis christiane, qui nullius hominis auctoritatem duceres et in nullius verba iurasti, sed simplicitatem spiritus et scripturae sinceritatem sequi desideras, perpende obsecro et in corde tuo semota omni ambitione, diligenter considera utrum tibi verior, purior, sincerior et explicatior doctrina religionis videatur et Christi evangelio conformior aut ea quam tibi proxime declaravi de uno Deo Patre et uno eiusdem Dei Filio Domino Iesu Christo crucifixo, an vero illa quam ab aliquo tempore et graecanica tibi philosophia haebris supra prorsus ignara tot voluminibus et commentariis tibi inculcavit de tribus personis seu hypostasibus, de duobus naturis et duobus filiis, de idiomatum communicatione et suppositis connotativis, sine quibus dicunt misteria Christi recte intelligi non posse nec evangelium tute praedicari. (*Declarationis, en Obras Completas II-2, p. 591*)

[Por si acaso la expresión “comunicación de idiomas” es oscura, hay que aclarar que es un recurso *ad hoc* encontrado por la teología que se llama a sí misma ortodoxa para hacer compatible en Jesús la naturaleza divina –que ni sufre ni muere- con la naturaleza humana –que nace, sufre y muere- y conseguir *in extremis* que afirmaciones como “María es madre de Dios” no supongan que Dios tiene un origen, esto es, que no es eterno. Servet, obstinado, moderno y lógico, rechazó siempre este truco. Sus palabras son: “De un modo similar, cuando la Escritura dice que el Hijo de Dios habló, padeció, murió y resucitó, dicen que no habla con propiedad, sino por esa misma ‘comunicación de idiomas’, y, así, el Hijo de Dios comunica sus nombres y propiedades al hijo de la Virgen, y viceversa, el hijo de la Virgen comunica al Hijo de Dios sus nombres y pasiones *en cuanto al modo de hablar*. Y tal es –dicen- la unión y sociedad entre ellos como la de dos hijos de doble naturaleza distinta que juntos se unen en un solo supuesto o agregado” (*Declaración, en Obras Completas II-1, p. 60*) –cursivas añadidas-.]

TEXTO 4

Ad hoc fidei fundamento defficientes, theologi nostri et interpretes scripturae nunquam intelligere poruterunt quae esset vera iustificatio, sed eorum caecitas adeo profunda est ut si Christus ipse visibilis iterum praedicaret se esse Filium Dei, iterum eum crucifigerent vel iuxta hodiernum morem accensis flammis concremarent. Sed ut palpabiliter eorum errores cognoscas et in media luce caligationem, diligenter considera ordinem apostolicae doctrinae et praedicationis in eorum actis.

(...)

Quis enim nisi Spiritu Dei afflatus credere posset Deum genuisse sibi Filium hominem ex virgine passibilem et mortalem et supra omnem creaturam usque ad suam aequalitatem exaltasse, per quem hominem omnem suam voluntatem et consilium adimpleret per eius suplicium et mortem mundum sibi reconcilians, in quo solo sibi bene complacuit, et in quo solo totus eius Spiritus requievit? Quis inquam de homine tot et tanta misteria crederet et integra fide susciperet, nisi Pater ipse nos traheret et Filium suum cordibus nostris insereret et universa scriptura nos planissime instrueret et fidem nostram penitus confirmaret? Hic es scopus et vita eterna. (*Declarationis, en Obras Completas II-2, p. 614-615*)

TEXTO 5

Nunc te, pie lector, in spiritum paulisper collige et remota omni anima passione, sincero corde diiudica. Omnis haec theologia de uno Deo immortali et invisibili qui est Pater ille conditor omnium et de unico eius Filio visibili Iesu Christo crucifixo per quem et propter quem omnia facta sunt, videatur tibi planior, sincerior et explicatior quam illa tenebrosa, perplexa, confusa et intricata de tribus in effectum deis aequalibus, de personis, hypostasibus, de duobus filiis visibili et invisibili, de duabus naturis aequalibus et distinctis simul unitis in uno agregato, de communicatione idiomatum et suppositis connotativis et similibus nimiis quae nihil prorsus habent commune cum evangelio Iesu Christi et de quibus ne unam quamdam syllabam in universa tam antiqua quam nova scriptura invenies.

Infelix homo qui magis tenebras et calignem amas quam lucem! Dic quaeso in quo situ et solutio tuae fiduciae. Si hominem illum sanctissimum et divinissimum Iesum redemptorem ita vilipendis ut solam humanitatem voces, et solam humanitatem neges ab ipso Deo genitam, quam partem in eius sanguine et redemptione te habere confidis? (*Declarationis, en Obras Completas II-2, p. 662*)

TEXTO 6

Quid igitur adhuc dubitamus cum illis sanctis Dei apostolis et viris electis nostram adiungere fidem et confessionem? Tremat mundus, disputent philosophi, conspirent theologi, persequantur impii, martent lanientque tiranni, parentur careres, vincula culei gladii, triremes, et incendia, nunquam tamen efficient quin istud sit verum et unicum Christianae religionis fundamentum : credere Iesum Christum illum visibilem crucifixum esse verum proprium et unicum unius Dei Patris Filium ab ipso Deo Patre in utero virginis genitum, quod et in apostolico simbolo expressissime decantatur et haec est vera fides et iustitia nostra. Hac fide iustificati, parem habemus erga Deum Patrem per Dominum nostrum Iesum Christum eius Filium bene dilectum, et Spiritus Sanctus Dei qui in nobis est, et cordis nostri parata conscientia, testimonium redidit nobis efficacissimum quod sumus in vero et Christi veritatem habemus et quod ex Deo nati sumus, ut Iohannes toties proclamavit. (*Declarationis, en Obras Completas II-2, p. 625*)

TEXTO 7

Summa summarum, ut scias quo tendat animus meus, excepto illo unico Ioannis verbo, dico universitas scripturas a prima usque ad ultimam loqui de homine ipso CHRISTO, et verbum illud Ioannis non loquitur de eo quod est, sed de eo quod erat, errorque latet in non intelligendo quid illud fuerit, et quomodo sit caro factum. Nec te seducant imaginationes tuae, sed hoc in visceribus cordis reponas, quod in universis scripturis homo ipse CHRISTUS loquitur, et in illum semper dirigantur cogitationes tuae, deum oro, ut tibi det hilarem animum ad audiendum, et ego reddam tibi (seclusa omni calumnia distinctione, et aequivocatione) scripturas planissimas, et Deum ipsum tibi ante oculos ponam, modo in faciem CHRISTI semper respicias. (*De Trinitatis erroribus*, en *Obras Completas II-2*, p. 653).

[Es importante tener en cuenta que en *De Trinitatis erroribus* el nombre de Jesús y el apelativo Cristo aparecen siempre en versalitas. El más usado es este último. Cuando van juntas aparecen así: Jesús Cristo. Parece sólo una cuestión tipográfica, a la que no se le ha dado importancia ni siquiera en la reciente edición de las obras completas, pero, a mi juicio y merced a la lectura a fondo del texto servetiano, creo que la tiene. Quiero decir: nunca aparece escrito así: Jesucristo, tal como la tradición establece. Creo que en Servet es un matiz que refleja diferencias importantes en teología. Para Servet hay sólo un ser, que es único, es decir, no dividido, este ser es el hombre Jesús, que no es un hombre cualquiera porque es el único que es Cristo, esto es, Ungido, esto es, Dios. Pero es hombre al completo y Dios al completo, no un compuesto de partes como sugiere la tradición autocalificada de ortodoxa, en la que se basa la composición del nombre del Hijo de Dios como Jesucristo, dando a entender que Jesús es el hombre y Cristo Dios y que en Jesucristo se unen. Para Servet, por el contrario, esta situación es insostenible lógica y escriturariamente. Sería algo así como llamar a José, el marido de María y *padre putativo* de Cristo, Josepepe. Aquí, sin embargo, la tradición mantiene que José y Pepe son dos nombres para nombrar una sola cosa: el marido de María.]

TEXTO 8

Ego tamen, quia personis abuti nolo, primam rem, secundam rem, tertiam rem, eas vocabo: nam in scripturis nullum aliud nomen eis invenio, et de personis quid sit proprie sentiendum, dicam postea. Concedentes igitur illas tres, quas suo more personas appellant, ab inferiori ad superius arguendo, Plures res, plura entia, plures essentias, plures substantias, plures Usias, absolute concedunt, et ex consequenti voce Deus absolute capta, plures eis erunt Dii.

Quod si ita est, quid culpantur Tritoitae, qui tres deos dicunt, nam et isti tres deos, aut unum tripartitum moliuntur. Illi tres eorum dii unam compositam Usiam faciunt, et licet compositionis verbo aliqui uti nolint, tamen constitutionis verbo utuntur, et Deus constituitur ex illis tribus rebus, Clare ergo nos Tritoitae sumus, et nobis tripartitus est Deus, Athei, hoc est, sine Deo, facti sumus. Nam statim quod de Deo cogitare volumus, ad tria simulachra divertimur, ut nulla in intellectu remaneat unitatis ratio. Modo quid aliud est, sine Deo esse, quam de Deo cogitare nos posse, obiecta semper intellectui nostro imminenti quadam trium rerum confusione, a qua semper quod de Deo cogitamus, dementamur. (*De Trinitatis erroribus*, en *Obras Completas II-2*, p. 653-654).

[Además de la concentración de términos latinos que traducen los principales términos griegos que se usan en filosofía –perfecta ilustración de la importancia del latín para “enseñar a hablar y a pensar” a las lenguas romances-, destaca en este texto la aparición del término *persona*, sobre el que giraron gran parte de las discusiones de la época. En la teología tradicional se le dotaba de entidad sustancial, esto es, ser persona era ser alguien distinto de otro. Así se usaba en la definición de la Trinidad como “tres personas distintas y un solo Dios verdadero”. Sin embargo, la reactivación de los conocimientos clásicos llevó a Lorenzo Valla y a Erasmo a rescatar el sentido originario griego de *prosopon*, esto es, máscara a través de la que hablaban o cantaban los actores en el escenario. Así la palabra perdía sentido sustancial y se acentuaba su sentido accidental. Un jovencísimo Servet ya utiliza ese sentido nuevo con total normalidad, no sólo en su texto, sino en su teología, porque le lleva a explicar la Trinidad de un modo sólo ligeramente distinto, pero lo suficiente como para que, en mentalidades, tanto católicas como calvinistas, tan estrechas supusiera un abismo, salvable únicamente, al parecer, con la hoguera. ¡Qué tiempos! ¡Y eso que se reclamaban de la antigüedad, época que, entre otras cosas, se caracterizaba por admitir cualquier culto!]

TEXTO 9

Finaliter praxis et modum perveniendi ad Christum, tibi ante oculos describo, ut videndo ipsum videas patrem. Praemittendum primo Deum esse omnibus modis incomprehensibilem, inimaginabilem, nec Deo ipso noticiam formare sufficimus, nisi ille sub specie aliqua nostrae capacitati perceptibili se nobis accommodet: et hoc nobis indicat Magister Ionannis quinto.

Secundo, ille ex mero voluntatis suae beneplacito, se mundo manifestare decrevit per oraculum suum, ac si ego vocem meam inter eos qui me non vident, audiri facerem, et ita fuit tempore legis omni populo manifestatus.

Tertio, per oraculum suum se Prophetis expressius manifestavit, caliginose tamen sub specie cuiusdam exemplaris, ad cuius similitudinem formatus est Adam, quia in eius oraculo relucebat prototypus imago illa, seu prima mundi figura CHRISTUS.

Quarto, nobis sine caligine et lucide manifestatum ex supradictis quaere, nam oraculum illud caro extitit, et vidimus eum.

Ex his duae quaestiones [De Christi persona erant tunc ortae quaestiones] oriri videntur, scilicet quod Deus erat corpus, aut quod CHRISTUS sit phantasma, quarum utramque tollit Ioannes. Nota tamen antiquarum haeresum imaginationes super hac disiunctiva, quam clare veritatem nos docent: nondum venerat Trinitas in memoriam hominum, a tempore Arrianorum philosophorum est clausa veritatis investigandae via.

Ioannis igitur, ne quis corporeas formas in Deo imaginetur, declaravit hoc fuisse logon, id est, quod in ipsa Dei ratione consistebat dispositio sacramenti huius, quaelitercumque enim se Deus personasset, necessario debuit esse logos.

Secundo, ut phantasma tolleret carnem, nominavit dicens, quod numen illud caro extitit, et vidimus eum, et dedit nobis mentem ut cognoscamus ipsum, et patrem per ipsum, cui gloria et imperium in aeternum Amen, Amen sine fine semper Selah. *De Trinitatis erroribus*, en *Obras Completas II-2*, p. 780-781.

[Aunque a la mayoría del alumnado los libros canónicos aceptados por los cristianos católicos, esto es, la Biblia se le acerca, si acaso, en su versión castellana, han de saber que en la época de Servet la Biblia era leída, por aquellos que sabían leer y estaban autorizados a leerla, esto es, una exigua minoría, en latín, en particular por la traducción atribuida a san Jerónimo, conocida como Vulgata, de la que había varias versiones. En torno a 1455 apareció la primera Biblia impresa, la de Guttenberg, hecho que facilitó su difusión y su libre lectura, especialmente en los países protestantes, dadas las trabas que para la lectura de la Biblia encontraban los lectores católicos. Así y todo, el idioma de los textos originales tampoco era el latín, como mostró la Biblia Políglota, editada por la Universidad de Alcalá en 1522, a iniciativa del cardenal Cisneros –se calcula que fueron unos seiscientos ejemplares-, sino el hebreo/arameo para los más antiguos y el griego para los más recientes y para la traducción de los antiguos que circulaba ya desde el siglo III a.n.e.

Sirvan estas rápidas notas para explicar la aparición del término griego *logos/logon* en este texto. Servet lo toma del evangelio de san Juan y éste, seguramente, de la literatura gnóstica, tan presente en los ambientes culturales del primer siglo de nuestra época. La importancia del concepto explica que sea una palabra que se ha conservado en su forma original y no traducida. Se puede decir que casi toda la obra de Servet está dedica a entender ese término en el uso que le da san Juan, así que es un asunto de no fácil resumen.]

TEXTO 10

APÉNDICE VIII


TEXTO LATINO SOBRE LA CIRCULACIÓN MENOR DE LA SANGRE QUE APARECE EN EL LIBRO V DE LA «CHRISTIANISME RESTITUTIO»

Página 170. “Vitalis spiritus in sinistro cordis ventriculo suma originem habet, iuuantibus maxime pulmonibus ad ipsius generationem. Est spiritus tenuis, caloris vi elaboratus, flauo colore, ignea potentia, ut sit quasi ex puriori sanguine lucidus vapor, substantiam in se continens aquae, aëris, et ignis. Generatur est facta in pulmonibus mixtione inspirati aëris cum eleborato subtili sanguine, quem dexter ventriculus cordis sinistro communicat. Fit autem communicatio hace non per parietem cordis medium vt vulgo creditur, sed magno artificio a dextro cordis ventriculo, longo per pulmones ductu, agitur sanguis subtilis: a pulmonibus praeparatur, flauus efficitur: et a vena arteriosa, in arteriam venosam transfunditur. Deinde in ipsa arteria venosa inspirato aëri miscetur, expiratione a fuligine repurgatur. Atque ita tandem a sinistro cordis ventriculo totum mixturo per diastolem attrahitur, apta supellex, vt fiat spiritus vitalis. Quod ita per pulmones fiat communicatio, et praeparatio, docet coniunctio varia, et communicatio venae arteriosae cum arteria venosa in pulmonibus. Confirmat hoc magnitudo insignis venae arteriosae, quae nec talas, nec tanta facta esset, nec tantam a corde ipso viro purissimi sanguinas in pulmones emitteret, ob solum eorum nutrimentum nec cor pulmonibus hae ratione seruiret: cum praesertim antes in embryone solerent pulmones ipsi aliunde nutriri, ob membranulas illas, seu valvu-/ PAG/ 171/ las cordis usque ad horam nativitatis nondum apestas, vt docet Galenus. Ergo ad alium vsum effunditur sanguis a corde in pulmones hora ipsa nativitatis, et tam copiosus. Itero a pulmonibus ad cor non simplex aër, sed mixtus sanguine mittitur, per arteriam venosam: ergo in pulmonibus fit mixio. Flavus ille color a pulmonibus datur sanguini spirituosus, non a corde. In sinistro cordis ventriculo non est locus capax tantae, et tam copiosae mixtionis, nec ad flavum elaboratio illa sufficiens. Demum, paries ille medius, cum sit vasorum et facultatum expers, non est aptus ad communicationem et elaborationem illam, licet aliquid residare possit. Eodem artificio, quo in hepate fit transfusio a vena porta ad venam cavara propter sanguinem fit etiam in pulmone transfusio a vena arteriosa ad arteriam venosam propter spiritum. Si quis haec conferat cum iis, quae scribit Galenus lib. 6 et 7 de usu partium veritatem penitus intelligat, ab ipso Galeno non animadversam. Ille itaque spiritus vitalis, a sinistro cordis ventriculo, in arterias totius corporis deinde transfunditur ...

Fuente: José Barón Fernández, *Miguel Servet (Miguel Serveto). Su vida y su obra*, Madrid, Espasa-Calpe, 1970, p. 316-317.

[pueden consultarse las notas en Materiales para Biología acerca de la circulación pulmonar]

He aquí copia del microfilm original –recogido en el vol. V de las Obras Completas de Miguel Servet–:



16, quod nunc audies. Hinc dicitur anima esse in sanguine, & anima ipsa esse sanguis, sive sanguineus spiritus. Non dicitur anima principaliter esse in partibus cordis, aut in corpore ipso cerebri, aut hepatis, sed in sanguine, ut dicit ipse Deus gen. 9. Leuit. 7. et Deut. 12.

Ad quam rem est prius intelligenda substantialis generatio ipsius vitalis spiritus, qui ex aere inspirato & subtilissimo sanguine coponitur, & nutritur. Vitalis spiritus in sinistro cordis ventriculo sua origine habet, & a tibus maximè pulmonibus ad ipsius generationem. Est spiritus igneus, caloris vi elaboratus, flauo colore, ignea potentia, ut si qualis ex puriori sanguine lucidus vapor, subsistantiam in se continens aque acris & ignis. Generatur ex facta in pulmonibus mixture inspirati aeris cum calidissimo subtili sanguine, quæ dextro ventriculo cordis in sinistram communicat. Sic autem communicatio hæc, non per partem cordis mediâ, ut vulgo creditur. Sed magno artificio à dextro cordis ventriculo, longo per pulmones ducta, agitatur sanguis subtilissimè in pulmonibus preparatur, & a tibus efficitur: & à vena arteriola in arteria venolam transfunditur. Deinde in ipsa arteria venola inspirato aeri misceatur, & expiratione à fuligine repurgatur. Atque postea tandem à sinistro cordis ventriculo totum mixture per diafolem attrahitur, apta suppelleæ, ut fiat spiritus vitalis.

Quod ita per pulmones fiat cõicatio, & præparatio, docet cõiunctio varia, & cõicatio, venæ arteriolæ cù arteria venosa in pulmonibus. Cõtrariat hoc magnitudo insignis venæ arteriolæ, quæ nec talis, nec tanta facta esset, nec tanta corde ipso vim purissimi sanguinis in pulmones emitteret, ob solius cordis nutrimentum, nec cor pulmonibus hæc ratione seruaret, cù præsertim antea in embryone solent in pulmones ipsi alande nutrirî, ob membratulas illas, seu

glandas cordis, vsque ad horâ natiuitatis nõdissipatas, ut Galenus. Ergo ad altum usum elãuditur sanguis à corde in pulmones hora ipsâ natiuitatis, & tã copiosus. In pulmonibus ad cor non simplex aër, sed mixtus sanguis mittitur, per arteriam venolam: ergo in pulmonibus fit mixtio. Flauus ille color à pulmonibus datur sanguis spirituosus, non à corde. In sinistro cordis ventriculo non est locus capax tantæ & tam copiosæ mixture, nec illam elaboratio illa sufficiens. Denique, partes ille membra, cùm sit vasorum & facultatum experta, non est apta ad communicationem & elaborationem illam, licet aliquid refulare possit. Eodem artificio, quo in hepate fit transfusio venæ portæ ad venam cauam propter sanguinem, sic etiam in pulmone transfusio à vena arteriola ad arteriam venolam propter spiritum. Si quis hæc conferat cum ipse scribit Galenus lib. 6. & 7. de vsu partium, venam penitus intelliget, ab ipso Galeno non animaduertam.

Ille itaq; spiritus vitalis à sinistro cordis ventriculo in arterias totius corporis deinde transfunditur, ita ut qui te superiora petat, vbi magis adhuc elaboratur, præcipue in plexu reiformi, sub basi cerebri sito, in quo se vitali fieri incipit animalis, ad propriam rationalis anime sedem accedens. Iterum ille fortius mentis ignea tenuatur, elaboratur, & perficitur, in tenuissimis vasis capillaribus arterijs, quæ in plexibus choroidibus sitæ sunt, & ipsissimam mentem continent. Hi plexus totius omnia cerebri penetrant, & ipsos cerebri ventriculos internè succingunt, vasa illa secum complerent, & contexta seruantes, vsque ad neruorum origines, ut in eos sentendi & mouendi facultas inducatur. Vasa illa miraculo magno tenuissimè contexta, & tæmeti arterie dicantur, sunt tamen fines arteriarum, tendent

TEXTO 11

Sirvan también como ejemplo del latín de Servet lo que escribió como presentación de su edición de la *Geografía de Ptolomeo*. PORTADA:

CLAUDII PTOLEMAEI ALEXANDRINI
GEOGRAPHICAE ENARRATIONIS LIBRI OCTO

Ex Bilibaldi Pirckeymheri tralatione sed ad Graeca et prisca
exemplaria a MichaeIe Villanovano iam primum recogniti.

Adiecta insuper ab eodem scholia, quibus exoleta urbium
nomina ad nostri seculi more exponuntur. Quinquaginta illa
quoque cum veterum tum recentium Tabula adnectimtur,
Variisque incolentium ritus & mores explicantur.

Accedit índex locupletissimus hactenus non visus

LUGDUNI

EX OFFICINA MELCHIORIS ET GASPARIS TRECHSEL
FRATRUM M. D. XXXV

TEXTO 12

SALUDA AL LECTOR:

NON AB RE FUERIT, LECTOR AMICE, de Claudio nostro pauca praescribere, ac demum quid nos in hac editione praestiterimus comminisci.

Fuit Ptolemaeus Alexandria Aegypti urbe regia oriundus, Graecas litteras quibus tunc Aegyptus imbuebatur, abunde doctus: tametsi & Rhodi degerit aliquando: Philosophus, Astrologus, iuxta ac Mathematicus strenuus, quod & alia eius monumenta testantur. Floruit sub Trajano, Adriano & Antonino Pio Caesaribus. Tanta in urbe perlustrando eius fuit solertiae plus quam Herculeae gloria, ut terrarum orbem sine bello inuadens, sub regulam quandam censi coegerit, & nobis fruendum descriptum tradiderit. Nec id solum praestitit, sed coelestia terrestribus coniunxit, eorum mensuras in unum coegit. Fuit Strabone, Plinio & Pomponio Mela posterior, sed qua illis & priores omnes in Geographia artificio facile superavit.

Quod ad nos attinet, vires omnes ac nervos intendimus, in corruptas emendandis, & reclusis explicandis. Periculosus utraque parte labor, nec alicui hactenus attentatus: sed pio, & qui ueniam nobis impetret, sicubi locorum lectori non fecerimus satis. Illud ne tacuerim: Ex alijs codicibus cum graecis sum latinis, aliorumque autorum assidua lectione, locos ad multa millia nos restituisse, quorum centurias aliquot referre opera pretium foret, ut specimen aliquot gustaturis praeberetur, sed Narbonensis Galliae exempla sat erunt.

(...)

Et quo magis tyronum animos ad hanc lectionem intenderemus, materna lingua tamquam faciliore plurima urbiu vocabula explicuimus: ut cum Gallis gallice, cum Germanis germanice, cum Italis italice, cum Hispanis hispanice loqui videremur, quorum omnium regiones uidimus & linguas utcumque nouimus. In reddendis semone uernaculo urbium nominibus, scriptorum autoritate, propria experientia, certissimis coniecturis, quoad eius fieri posuit sumus connixi. Ceterum plurimas earum quae a Ptolemaeo sunt descriptas, cum sint excissae, nos silentio praeteriimus. Ast ubi desolatarum eodem aut proximo loco urbes aliae successere nouam structam loco scriptae destructae subrogauimus: in margine quidem, nam ipsum Ptolemaei scriptum inuiolatum esse uolumus.

Quam nostram operam ad prouinciarum orbis notitiam, & praesentium cum praeteritis collationem, quae suavis est exercitatio, maxime facere, nemo, ni fallor, inficias iturus est: nisi zoilus quispiam sit frontis perfrictae, qui aliorum sudores nequeat sine liuore dimetiri. Quisquis uero sis candidus lector, nostras spero uigilias acceptas probatasque feres. Vale.

Fuente: Miguel Servet, *Obras Completas III. Escritos científicos*, edición de Ángel Alcalá, Prensas Universitarias de Zaragoza, Institución “Fernando el Católico”, Instituto de Estudios Altoaragoneses, Departamento de Educación, Cultura y Deporte del Gobierno de Aragón, Zaragoza, 2005, pp. 305-308. Texto transcrito por Sara Sáez Fuentes.

TEXTO 13

DEDICATORIA A PIERRE PALMIER, ed. 1541

Amplissimo, Illustrissimo ac Reverendissimo Petro Palmerio Archiepiscopo Viennensi
Michael Villanovanus Medicus S. D.

Post primara illam Geographiae Ptolemaei cum Scholiis meas editionem, Archipraesul et Comes amplissime, cum te praesente et patrono, Lutetiae Mathemata publice profiterer, sedulo operam dedi, ut altera iam editio multo prodiret castigatior. Ad quam rem non mediocre mihi calcar adiecit acre iudicium tuum, cum locos in priore editione corruptos passim deprehenderes. Calcar insuper adiecit exhortatio Hugonis a Porta, bibliopolae lugdunensis, viri de re tota literaria quam optime meriti, qui nullis pepercit impensis, ut Claudius noster Ptolomaeus, quoad eius fieri posset a mendis, quibus scatebat, emacularetur.

Quam nostram operam, imo totum ipsum reformatum Ptolemaeum, sacro tuo nomini libuit dedicare, quod onus omnium, quos unquam noverim, sacrorum antistitum, bonas ames literas, literatos foveas, et Geographiae ipsi non segniter incumbas. Coegit me etiam tuorum in me beneficiorum cuiuslibet qui mihi multis iam annis fueris maecenas, qui et Geographiam ipsam Ptolemaei a me sis dignatus audire. Unde merito qui olim Ptolemaeus clientem novit, nunc te denuo patronum agnoscet. Quo enim alio duce prodire decuit Ptolemaeum, Viennae et castigatum et excusum, quam te ipso Viennensium duce?, eoque Ptolemaei studioso?

Viennae, inquam Allobrogum, quam sibi iamdudum notam, inter omnes fere Galliarum urbes antiquitate celebrem et romanonim imperatorum alumnam, nunc sui altricem merito noster Claudius gaudebit. Gaudebit insuper tot Viennae propagara cernens suae Geographiae peritos. Inter quos primas sibi vendicant consanguinei tui Ioannes Palmerius, Prior Sancti Marcelli, et Claudius a Rupe Forti, vicarios tuus generalis, viri ambo ornatissimi, ac multis nominibus commendandi, quibus ego tantum debeo, Ptolemaei ipsi debent Geographiae studiosi.

Omitto hic referre quae me magnos ille Sancti Petri ac Sancti Simeonis Pior, Iohannes, cognomine Albus, de virtutibus suis referre vetat. Nec de sacra illa officialium tuorum triade hic ausim disserere, nec eorum hic tria nomina inserere, cum certum habeam, me pro eorum dignitate non satis dicturum. Iohannis quoque Perrelli, doctoras medica tui, meique olim studiis apud Lutetiam socii multiplex in philosophia et linguis eruditio maiore alio indiget praecone.

Ad te itaque rediens, o Praesul amplissime, satis felicitem agi cum hisce meis elucubrationibus existimavi, si eas in tuam clientelam, qua uti soles humanitate susciperes. Ita nimirum commendatas satis, ac probaras intelligent se esse, ubi iudicio tuo, longe quidem acerrimo, non displicuerint. At quoniam materia, guaro tracto, et ardua est, et multis olim saeculis intentara iacuit, pronior ad veniam via relinquetur mihi in tanto rerum discrimine vacillanti, et interdum, si ita contingat, humana caligine caecutienti. Neque enim quivis semper rem propositam acutetigerit, ut in proverbio est, nec semper feriet quodcumque minabitur arcus. Siquidem et Plinius et Strabo et Mela, qui de Geographia

tradiderunt, tam diversi plerumque abeunt, ut in gratiam Hulla orationis persuasione revocari queant. Adde temporum et bellorum, quae supervenerunt iniuriam: qua facturo est ut non solum urbes quaedam sint funditus perditae, verum etiam nomina fere omnia mutata.

Sed quid ego sus Minervam? Nota sunt, nota, inquam, tibi hace omnia qui bonam orbis partem perlustraveris, ac eos omnes qui de Geographia scripserunt, diligenter perlegeris, Christianissimi Gallorum regis exemplo, qui ut est studiorum amator, ita in hoc genere ad miraculum usque doctus. Decet namque principes summos qui orbi imperant, orbem nosse: decet et eos qui principibus famulantur, cum praesertim, ad varias orbis partes (quod tibi, vel ab ipso principe est saepius oblatum) legati mittuntur. Accedit ipsa cognitionis voluptas, qua et intellectus ornatur et animus suaviter afficitur: alioqui pecudum ritu, velut in deserto aberrabimus, nullam certam habentes vix nostrae rationem.

Sed iterum ego noctuam Athenas? Cape igitur, o Praesul amplissime, Claudii Ptolemaei excellentissimi Geographi opus utilissimum, summa cura a me restitutum, ut tuo patrocinio deinceps nitatur teque solum Maecenatem agnoscat.

Vale et sis perpetuo feliz, Archipraesul illustrissime.

Viennae, pridie Cal. Martii, MDXLI.

Fuente: Miguel Servet, *Obras Completas III. Escritos científicos*, edición de Ángel Alcalá, Prensas Universitarias de Zaragoza, Institución “Fernando el Católico”, Instituto de Estudios Altoaragoneses, Departamento de Educación, Cultura y Deporte del Gobierno de Aragón, Zaragoza, 2005, pp. 309-310. Texto trascrito por Sara Sáez Fuentes.

TEXTO 15

APÉNDICE X

PASAJE DE LA «RESTITUTIO» RELATIVO AL PROYECTO DE SERVETO, DE EMIGRAR A AMÉRICA

(Figura en las páginas manuscritas del ejemplar de Edimburgo.) Transcrito de BAINToN, R. H.:
«The present state of Servetus studies», en *J. Mod. Hist.* 4, pág. 89, 1932.

«Causa haec tua est, gloriam tuam explicans, et tuorum salutem, quae mihi adolescentulo annos vix nato viginti, impulso quodam divino tractandum sese obtulit, cum de his nihil essem ab homine doctus. Tractare tunc; coepi, et (quae mundi est caecitas) mox ad necem rapiendus sursum deorsumque petebar. Territus ob id, et in exilium fugiens annos multos apud exteros delitui, magno animi moerore. Adolescentem me imbecillum et ineloquentem cernens, causam fere totam deserui, cum nondum essem satis instructus. Sed euge o clementissime Jesu, ades tu denuo clienti afflicto patronus consolationis plenus, animum revocare ita iubes, ut iam alacer pergam, multorum lectione munitus, et imprimis certissima tuae veritatis fiducia. Testis horum tu es, ne quis me novatorem existimet, inani, aliqua cupiditate motum. Testem te iterum invoco deum ob eam rem me distulisse, et ob imminens persecutionem, ut cum Jona in mara fugare potius euperem, aut in insulam aliquam novam. Sed te iubente cuius agitur causa mihi non licet, Differe non amplius licet, quia tempus completum est, ut ex signis temporum ostendam.»

Fuente: José Barón Fernández, *Miguel Servet (Miguel Serveto). Su vida y su obra*, Madrid, Espasa-Calpe, 1970, p. 319.

TEXTO 16

Sebastian Castellio, sabedor del martirio de Servet en Ginebra, escribió un libro de respuesta a la defensa que publicó Calvino de esa muerte. La frase más conocida de su libro –*Contra libellum Calvini*– aparece frecuentemente en la bibliografía sobre Servet y una versión, reducida, en castellano está grabada en la escultura colocada en la fachada –casi en la acera– del Hospital Miguel Servet de Zaragoza. El texto original dice así:

Hominem occidere, non est doctrinam tueri, sed es hominem occidere. Cum Genevenses Servetum occiderunt, non doctrinam defenderunt, sed hominem occiderunt.